



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis, Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Additamenti Lib. II.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

**AERUDITISSIMI VIRI  
HIEROGLYPHICORUM COMMENTA-  
RIORUM LIBER SECUNDUS, EA CONTINENS**  
quæ per Serpentem, Cerberum, Felem, Vitulum, Capricornum, Cancrum, Aquilam, Craterem, Lyram, Arcum, Nodum, Catenam, Quinarium numerum, Pentagonum, Pyramidem, Cubum, Octaedrum, Isocaedrum, Papaver, Iridem, Hyacinthum, Narcissum, Hyssopum, Myrtum, Salicem, Cedrum, Palmam, & alia hujusmodi significantur.

**AD THEODORUM ZVINGGERUM PHILOSOPHUM  
ET MEDICUM PRÆSTANTISSIMUM.**

**A**LTERAM hanc mysticarum imaginum Partem, quam cum superiore Valerianis quas racemationem quamdam Divinis Commentariis adjecimus, tibi (doctissime Zvingere) donare atque in tuo nomine edere statui: non quidem quod tua fama aliquid scriptis meis ornamenti adjicere posse sperem, quam tu ingenii tui magnitudine, atque illustribus monumentis, quibus rem literariam promoves, ab aliis illustrari non pateris: sed ut & hi mei labores nomini tuo inscripti, plus auctoritatis inveniunt, & tu aliquod mea in te observantia indicium habeas, tunc quidem illud ac rude, longeq, imparis quibus tu nos ornare soles, sed ex candido in te animo profectum, & tali qui libentius, si posset, majora dignioraq, tibi commendaret. Sed tua humanitas erit, mentem non munus spectare. Quod si feceris, & ingeni ac prudentia tua acumine, ad intimos animi mei sensus penetraveris, aut te hoc facturum non dubito, quanti regium aliquod munus, & quemadmodum me amare jam dudum cepisti, sic hoc meum immaturum factum fovendum suscipies. Quod quoniam mihi certo polliceor, plura non addam. Vale. Basil. XIV. Kal. Sext. M. D. LXVII.

**SERPENS.**

**ANIMA ET CORPUS. CAP. I.**

**B**ACILLUM, cui Serpens circumvolutus est, non modo apud Hebræos, & in Sacris literis, in quibus legitur Serpens in cruce positi aspectu populum Israël a morte liberatum fuisse: verum etiam apud Egyptios & Romanos animæ atq; corporis salutare symbolum fuit. Nam cum cætera omnia reptilia creffioris & magisterreæ sint substantiæ, Serpentem spiritus & vitæ tenacissimum animal esse constat, quod & imbecillitatem corporis exuat, & ad medicinam utilissimum fit, & ad acendum visum herbam invenisse, nec non ad sese in vitam revocandum quamdam herbam cognoscere traditur. Et cum Romani oraculo admoniti, Epidaurum mississent ad Æsculapium, quem medicina & salutis Deum existimabant, accersendum, Serpentem Romam advererunt.

**CERBERUS.**

**TRES COELI REGIONES, VEL TRIPLEX  
DEI POTESTAS. CAP. II.**

**V**ETERES tres tantum cæli regiones faciebant: nempe Ortum, Ocasum, & Meridiem: nam in Septentrione inferos putabant esse, propterea quod Sol numquam eo perveniat: quemadmodum & Sacra litera Aquilonem interdum accipiunt, & impios ad sinistram a Deo in extremo illo

Bbbbb ;

judicio

Num cap.  
21. vers. 9.  
Serpenti  
proprietat-  
es Plin. lib.  
8. c. 27. opo  
funiculi.  
Plin. c. 12. l.  
18. & pas-  
sum alibi.  
Marabru.  
Val Max.  
l. 1. c. 9. L. i.  
vini lib. 10  
& 11.  
Quidam  
pro terra,  
unde car-  
nivorus di-  
ctus, alii per  
avaritia  
ponunt.  
Cerberi hi-  
eroglyphica  
significatio.  
Vide Pier. l.  
3. libi. proles  
majesta.

judicio detrudendos. Sinistram vero in eodem Septentrione esse Theologis, quis dubitet. cum im-  
pii in eandem cum dæmone regionem sint detrudendi? ideoque harum trium regionum symbo-  
lum finxerunt Cerberum canem tricipitem, quo etiam tria Dei regna significarent, coeleste, terre-  
num, & infernum.

TRES NATURALES NECESSITATES.  
CAP. III.

*Encl. l. 6.* **E**UNDEM Cerberum tricipitem finxere Poëtæ infernæ domus aditum custodire: eo hierogly-  
phyco tres necessitates naturales, quæ hominem à sempiternarum rerum contemplatione ab-  
ducunt, significantes: nempe famem, sitim, & somnum; & ideo Virgilius fingit Sibyllam, quæ Ene-  
am mentem ad magnarum rerum contemplationem convertere volentem, monet ut huic Cerbero,  
*Melle soporatum & odoratis frugibus offam.*  
objiciat, statimque illo relicto transeat: ut indicet, esse quidem his necessitatibus satisfaciendum, sed  
non profus indulgendum.

FELIS.

LIBERTATIS APPETENTIA.  
CAP. IV.

**F**ELIS, præter ea quæ de illo scripsit Pierius, libertatis appetentiæ hieroglyphicum fuit, quo præci-  
t Alani, Burgundiones & Suevi, teste Methodio, in militaribus signis uti solebant: perinde ut Fel-  
es carcerem ferre non possunt: sic se servitutis impatientissimos esse testantur.

VITULUS.

CONCUPISCENDI VIS. CAP. V.

**M**ANSUETUS & domesticus vitulus, vel bos, concupiscendi appetendi que vim, quæ in nobis est,  
denotat: quia constat, nullum animalæque appetitui obedire & venerem esse, acque Vitu-  
lum sive Taurum.

*Attamon  
secundum in  
terdum à  
vaccis, hinc  
illud Att-  
morum, sicut  
ab Aristote-  
le l. 6. de  
Natura Ani-  
mæ.  
Id est, con-  
vulsari.  
Capricor-  
ni Deo-  
rum porta.  
Sunt in  
Augusto c.  
94. Et Pie-  
rius lib. 1.  
151.  
Augusti.  
Ge. su.*

CAPRICORNUS.

MORS, VEL DEFUNCTORUM  
ANIMÆ, ET SECUNDA FORTUNA.  
CAP. VI.

**C**APRICORNI signum, quod in multis Augusti Ca-  
saris numismatibus videmus summam, ut Astro-  
nomi tradunt, sub se natis portendens felicitatem, à  
Platonis Deorum porta vocatur; quia per eum tra-  
dunt, animas corporis vinculo solutas, rursus in cælum  
ascendere, ubi divinæ naturæ participes fiunt, ideoque  
hoc signum sidereum animas defunctorum mortem  
ve significat, & nonnunquam secundam fortunam,  
sumamque felicitatem, ut diximus.



CAN.

**C A N C E R.**  
**ORTUS HOMINIS, VEL VITA.**  
 CAP. VII.

**C**ancer, ex eorumdem Platoniorum sententia, ortum hominis vitamque notat, volunt enim animas per Canceri januam in humana corpora demitti, & ut Capricornum Deorum, sic Cancerum hominum portam vocant, quod per eam egredientes animæ humanam in naturam transeant.



Cancer porta hominum.

**A Q U I L A.**  
**DIVINI NUMINIS PRÆSENTIA.**  
 CAP. VIII.

**A**quila præter ea, quæ de illa scripsit Pierius, in Sacris literis divini numinis præsentiam vel effluum quendam significat, quo ad majorem superioremque rerum divinarum cognitionem ducimur, ut Cabalisticæ tradunt unde Moses dicit. Sicut Aquila provocans filios suos ad volandum, & super eos volans expandit alas suas, assumpsit eum, atque portavit humeris suis. Deuter. 32.

Non ab h<sup>o</sup> mile Pierius lib. 19. ibi, Alia cogitatio: divini enim notitia numinis aquila Hieroglyphicum Iohanni Evangelista dedit.

**C R A T E R C O E L E S T I S.**  
**O B L I V I O.** CAP. IX.

**C**rater ille sidereus, qui ab Astronomis inter Leonem & Cancerum collocaetur, oblivionem significat, quoniam ex Platoniorum sententia animæ cum in humana corpora demittuntur, de cælo per Canceri januam descendentes, per Capricornum rursus corpore soluta in cælum ascendentes, cum descendunt ex cratere illo, quem Bacchi poculum vocant, oblivionem bibunt: & sic cælestium rerum obliviscuntur, sed non omnes æque, verum alii magis, prout magis minusve ex eo poculo hausere. Ex quo patet, poculum illud, oblivionis poculum esse, ejusque imagine oblivionem significari.

De Creatore Platoniorum sententia.

**L Y R A.**  
**A U D I T U S.** CAP. X.

**L**yra duo habens foramina incurva, aures & auditum significat, quoniam ut in Lyra fidibus illis & nervis tactis aer proximus commodus ad duo illa foramina inflectitur, & eandem in Lyra convexum, ubi quoque aer inclusus est, reflectens sonitum edit: sic vox aërem extra aures nostras commovens in aurium foramina impellit, qui in pelliculam quandam instar tympani tensam, appulsum, aërem qui intus est, naturalem movet, his autem commotus, nervos quosdam excitat, in quibus est auditus. Propter hanc ergo similitudinem Lyra auris & auditus hieroglyphicum est.

Rationem auditus Pierius ab Empedocle docet. lib. 7.

ARCUS.

## A R C U S.

## ACUTI DOLORES CAP. XI.

*Gen. 6. 3.* **P**Er arcum in Lunæ virginali forma expressæ manu positum tensumq; acuti dolores indicantur quia nullus intensior dolor quam partus, cui Lucina sive Luna præest, esse putatur.

## N O D U S.

## NECESSITAS. CAP. XII.

*Sic nodum pugna apud Virg. lib. 10. Aeneid. 6. Curvius in Exordio lib. 3. Ptolom.* **P**Er nodum necessitas, Macrobio teste, significatur; quæ enim vincita sunt, seipsa dissolvere nequeunt, quod si nodo gladium adjicias, qui eum rescindat, fortunam, fatum & necessitatem virtute superari indicabis: quoniam Alexander Magnus. Gordium illum fatalemq; nodum gladio relidit, & sic fatum ipsum vicit, & vetus est dictum, *Sapiens dominabitur Astris.*

## CATENA AUREA HOMERICA.

## CONNEXIO RERUM HUMANARUM CUM DIVINIS, VEL DIVINÆ PROVIDENTIÆ VIS. CAP. XIII.

*Nat. Com. lib. 2. c. 4. ad avaritiam & ambitionem refert. In Timæo. Va divini afflatum.* **D**ubium non est, quin Catena illa aurea Homericæ, quam pendere de cælo in terras Deum fuisse commemorat Iliados libro 8. his verbis: *Agedum, auream vestim e cælo sustendit e, eaque cuncti Dei ac Dea apprehensa, me hinc detrahite in terra: nullo id quantumlibet nexu poteritis effrære. At cum mihi facere irato libueris, in terras vos universos & in maria usque detraham. Quin etiam circumligata a rege ad summitatem Olympi omnia supernè attollam, ut intelligatis quantum ego Dei sum ut atque homines ante cælo:* dubium inquam, non est, vel Macrobio & Luciano testibus, quoniam rerum humanarum cum divinis connexionem, & commune quoddam vinculum, quo Deus & summus ille Pater, quum vult nos ad se trahit, mentesq; nostras in cælum attollit, quo nos alioqui propriis viribus, quanto libet conatu ascendere non possemus, significet: adeo ut qui mentem suam divinitus gubernari significare velit, is apte catenam hanc ex stella pendentem & contrahentem pingere possit. Ea est enim Divini afflatus, & igniculi illius, cujus Plato omnes homines participes esse voluit, vis, ut mentes ad creatorem convertat, & in cælum trahat. Dixit autem Plato, omnes homines ejus igniculi cælestis participes esse, quia qui ejus non sunt participes, quamvis formam corporis humanam habeant, non tamen homines sunt, sed belluis inferiores deterioresque. Et præterea connexio illa & alio modo intelligenda, ut eam interpretatur Macrobius; nam quæ modo diximus, ex Luciani Dialogis, cum Mercurium fingit de Jove propter hanc catenam conquerentem, ad fatum vim afflatumq; Divinum referuntur. Macrobius vero ait, catenam hanc sic conflatam esse, ut ex summo Deo mens manet, ex mente anima, quæ & condit & vita complet omnia quæ sequuntur, eunctaq; unus fulgor illuminat, & in universis apparet, justæ Peripateticorum sententiam, ut in multis speculis per ordinem positus vultus unus apparet. Cumq; omni continuis successibus se sequantur degenerantia per ordinem, inquit, ad imum meandi, inveniatur præcessus inventi, à summo Deo ad ultimam usque rerum sæcem, una se mutuis vinculis religans, & nullamquam interruptam connexionem, quæ per catenam hanc significatur, quam Lucretius auream funem vocat, his verbis:

*Haud (ut opinor) enim mortalia sacra superne  
Aurea de cælo demisit funis in arva.*

*Lib. 2.*

SOLIS

SOLIS VIS. CAP. XIV.

Plato autem in Theaeteto per hanc catenam Solem significari vult, cum ait; Et ad haec Colopho-

Huc est illud  
qua de A-  
dad & vi-  
Solu ex Or-  
pho & acy.  
lib. 1. c. 23.  
Sat. ait.

SACRARUM RERUM COGNITIO. CAP. XV.

Per eandem quoq; catenam sacrarum caelestiumq; rerum cognitio mihi ex Homeri verbis signi-

Fides enim  
donum Dei  
est.  
Caelestium  
rerum co-  
gnitio hinc.

MUSÆ, EARUMQUE AFFLATUS. CAP. XVI.

Acena vero ferrea magnetem lapidem alligatum habens, ut Plato in Jone tradit, Musarum con-

Ex ista  
causa.

QUINARIUS NUMERUS, ET QUATERNARIUS. MERCURIUS, ET ARTIUM INVENTORES. CAP. XVII.

Per Quinarium numerum Leo Baptista Albertus Mercurium figurari ait. Martianus vero & alii

An quod ut  
quinarius  
est herma-  
phroditus,  
ita Mercuri-  
us modo  
ad superos,  
modo ad in-  
feros adest.  
Quod cu-  
bum refe-  
rat solido-  
rum corpo-  
rum perfe-  
ctissimum.  
De hoc Pen-  
tago quod  
penta-gram-  
ma ac penta-  
grammum  
dicitur potest,  
Pierius  
lib. 47.

PENTAGONUM. SALUS. CAP. XVIII.

Pentagonum salutis symbolum fuisse, testatur Lucianus eo in libello in quo agit de quodam qui lapsus erat inter salutan-



scriptum erat: sic enim salus sanitalve Græcè appellatur, unde & hoc signum in veteribus Antichitatum numis adhuc eernitur, quod signum Mathematici à quinq; angulis Pentagonum vocant.

P Y R A M I S.  
R E R U M N A T U R A, V E L M A T E R I A P R I M A.  
C A P. XIX.

*Quid Pyramis secundum Metaphysicos.*

*Egyptii Astronomiam inventores. Quid secundum Astronomos Pyramis.*

**P**ER Pyramidem veteres rerum naturam & substantiam illam informem formas recipientem significare voluerunt: quod ut Pyramis à puncto summo fastigio incipiens, paulatim in omnes partes dilatatur: sic rerum omnium natura ab unico principio & fonte, qui dividendi non potest, nempe à Deo summo opifice profecta, varias deinceps formas suscipit, & in vari genera atq; species diffunditur, omniaq; apicilli & puncto conjungit, à quo omnia manant & fluunt. Verum & alia hujus refratio, nempe Astronomica reddi potest: quoniam Ægyptii summi Astronomi fuere, imò ipsius Astronomiæ inventores. Tradunt autem Astronomi, esse circulum quendam in Sphæra, vel cœlesti illa machina, sub quo Sol & reliqua errantia sidera, cursus suos circuitusq; conficiant, & in quo omnium animantium vita, rerumq; naturalium, ortus atq; interitus sit positus: adeo ut etiam Aristoteles in libris de Ortu atq; Interitu, dicat generationis atq; corruptionis, omnisq; mutationis vel incrementi causam esse accessum & recessum Solis in circulo obliquo: nam circulum illum, de quo agimus, Obliquum vocat Aristoteles: Astronomi verò, propterea quod ex eo pendeat animantium vita, Zodiacum vocaverunt. Hunc igitur circulum, cui soli inter cœlestes circulos latitudinem tribuunt, in duodecim partes, quas Signa nuncuparunt, patiuntur: ajuntque, cum illo dividi etiam inferiora omnia, adeo ut quicquid sub uno ex illis signis continetur ad centrum usq; terræ, id omne in signo esse dicatur; & sic volunt esse velut Pyramidem quandam, cujus basis in cœlo sit: nam fundamentum Astronomicum cœlum est, & apex in centro terræ. Cum igitur in Pyramidibus illis omnia fiant: sitq; accessus Solis, qui est quasi punctum quoddam ad signa illa ortus, & recessus ab illis interitus rerum naturalium causa, aptè videtur per Pyramidem naturæ rerum omnium parens significari.

A N I M A H O M I N I S. C A P. XX.

**S**ED & animam hominis sub Pyramidis forma adumbrare voluisse videntur idem Ægyptii, qui significaverunt Regum atq; Heroum sepulchra, sub ingentibus Pyramidibus fecerint: ut cœlestis corpus soluto & corrupto animum superesse, quæ cum summo opifici visum esset, hoc est circulo illo triginta sex millium annorum circumacta, aliud corpus generata & sibi factura esset non secus ac Pyramis, ut Geometris notum est, vertice immoto manente, circumacta basi circulum describit, & toto corpore conum: ut circulus annorum illud curriculum significet, conus verò corpus quod curriculum illo conficitur. Nam Ægyptiorum fuit illa opinio de rebus in eundem statum triginta sex millium annorum spatio restituis, & ab illis se id accepisse, testatur Plato: qui etiam hoc ipsum, id est, animam nostram Pyramidis formam habere mihi testari videtur in Timæo, cum ait, sic factam fuisse à Deo animam unam accepisse illum ex universo portionem, quæ proculdubio unita puncto illo, qui in Pyramidis vertice est, significatur: secundam autem primæ partis duplam: tertiam secundæ & cetera.

sequaliteram, primæ triplam: quartam secundæ duplam: quintam tertiæ triplam, sextam primæ octuplam: postremo septimam, quæ partibus sex & viginti primam excederet: posthæc dupla & tripla intervalla replexisse. Quibus numeris profecto nihil aliud significat, nisi expansionem illam linearum quæ à puncto ad basim tractæ angulos efficiunt, & per intervalla ipsas superficies quæ lineis clauduntur: ex quo apparet illum hoc quoque ut alia ab Ægyptiis accepisse.

I G N I S. CAP. XXI.


IGNEM quoque Pyramidis formam habere testatur idem Plato: propterea quod cum imolatus sit: circa materiam & fomentum quo pascitur, in acutam flammam, quæ cælum spectat, desinit: nam per basim materia concreta significatur, per reliquum corpus, materia jam ad formam recipiendam parata, & quasi fermentata, per punctum ipsa informis & simplicissima substantia: unde minus mirum est, quod supra diximus, per Pyramidem animam significari, ut quæ igne & naturæ ab eodem Platone esse tradatur, & corpori non secus ac Pyramis basi, vel ignis fomento, adhæreat.

*Id quæ dicitur videtur, vel à sapiente Pyroscopio: nunc nimo ignis vocari, ab ignea virtute.*

C U B U S.

T E R R A. CAP. XXII.

CUBUM, hoc est tesseram octo angulorum, & sex laterum, terram significare tradidit Plato ex Timæi Locrensis Pythagorici Philosophi disciplina, quam Pythagoras, ut testatur Justinus historicus, ab Ægyptiis potissimum didicerat. Terram vero per cubum depingebant, ob ejus stabilitatem gravitatemque: quia ut cubus quocumque volvatur, semper jacet, nec facile movetur, sic terra per se immobilis, si aliqua fortuita vi commoveatur, patim rursus jacens quiescit.




Cur Terra per Cubum.

O C T A E T R U M.

A E R. CAP. XXIII.

AEREM idem Philosophi Octaedri formam tribuere, quæ octo triangulis æqualibus, & æqualium laterum, id est, octo basibus, & sex angulis solidis, viginti quatuor vero planis continetur: quod ut melius intelligatur, explicandum est quid sit angulus solidus, quid item planus. Angelus planus, inquit Euclides, est duarum linearum in plano se mutuo tangentium, & non in directum jacentium mutua inclinatio: solidus vero angulus est, qui pluribus quam duobus angulis planis continetur, qui non eodem sunt plano, & ad unum constituuntur punctum. Ideo autem hanc illi formam tribuerunt, quia in ascensu ignem consequitur, & in terræ cavernas penetrat. Octaedri enim forma ascendit in duos utrinque vertices, & aptissimè Sphæræ includi potest, ut docet Euclides.



Ccccc 2

ISO

*Anguli finisio. De Octaedro, Isocædro, Isocædro aliiq; Geometricæ formæ figurisque videndis Ios, Scaliger, & in Sphæra Sacrosoph. Ciceronis, Justinus Schrekenfuschi, & Pelastarius in Euclidem. Isocædron quid, & ejus hieroglyphi, hierum*

## I S O C A E D R U M,

A Q U A. CAP. XXIV.

**A**quam vero Isocaëdri figuram tenere dixerunt. Est autem Isocaëdrium, Euclide auctore, figura solida, quæ viginti triangulis æqualibus & æqualium laterum, continetur: propterea quodaqua sua natura mobilis fit, & divisioni sexuique perfacilis. His quoque figuris ipsam elementorum ad invicem proportionem indicare voluerunt, quæ ex basium sive laterum & angulorum numero colligitur. Octaëdri enim ad Pyramidem est proportio dupla in lateribus, in angulis solidis sesquialtera, in planis vero dupla: ex quibus proportionibus fit harmonia duplex diapason & diapente: Pyramidis vero ad cubum in lateribus sesquialtera proportio, in angulis vero dupla, ex quibus diapason iterum & diapente. Cubi ad Isocaëdrium in lateribus proportio est tripla sesquitertia, in angulis sesquialtera, unde diapason, diapente & diatessarion in basibus, in angulis vero diapente. Isocaëdri vero ad Octaëdrium in basibus dupla sesquialtera, in angulis autem dupla, unde diapason & diapente in basibus: in angulis vero iterum diapason confurgit, quæ proportionibus, & harmoniæ pariter & in elementis per has figuras significatis esse traduntur.



V E R.

Æ S T A S.

Huc spectant quatuor anni tempestates ab Ovidio lib. 1. Met. descriptæ. extat ver repidium cinclum flore corona. Stabat nulla Æstas & spica serua gerebat.

Stabat & Autumnus cælestis foribus urvis, Reginali Hyems canos hirsuta capillos.



V E R. CAP. XXV.

Æ S T A S. CAP. XXVI.

**C**ISTA florum, auctore Eusebio, Ver significat: quia vere cuncta florescunt.

**C**ISTA spicis referta, eodem Eusebio teste, Æstatem denotat: quod æstate segetes & spica demetantur.

AUTU.

## AUTUMNUS.

## HYEM S.



## AUTUMNUS. CAP. XXVII.

CORNU copiarum uvis & pomis plenum, Autumnum indicant: quoniam tunc vina fiunt, & omnes fructus pleno copiarum cornu fundi videntur.

## HYEM S. CAP. XXVIII.

MENSA apud ignem parata, Hyemem significat: quia frigus & quies post aestatis labores parata, terraeque opes congestae ad lautius vitae genus invitare videntur, unde Poëta, *Invitat genialis* Virg. i. Ge-  
C *Hyems*, & Horatius: *Horat. l. i. Car. Ode 9.*

*Vides ut alta sset nive candidam  
Soraëte, nec jam sustineant onus  
Sylvæ laborantes, gelugue  
Fumina consisterint acuto.  
Dissolve frigus, ligna super foco  
Large reponens: atque benignius  
Deprome quadrimum Sabina  
O Taliarche merum dyota.*

PAPAVER.  
CIVITAS. CAP. XXIX.

PAPAVER præter ea, quæ de illo scripsit Pierius, Eusebio auctore, civitatis symbolum est: quia ut in civitate multi homines habitant, sic in papaveris capite quasi intra eadem mœnia multa sunt semina: & ut civitas in vicos & domos est distributa, sic & papaveris caput in multas intus partes est divisum, multaque interstitia habet.

*At illena-  
tiones ne-  
dum cer-  
ram signifi-  
care ait, id  
est, civita-  
tes & po-  
pulos. l. 18.  
de Papave-  
re.*

IRIS HERBA.  
ELOQUENTIA. CAP. XXX.

IRIDEM herbam eloquentiæ signum esse, nemini mirum videri debet: cum Homerus fingat Trojanorum oratores, ut qui disertissimi essent, Irisocessam, id est, Iris herbam floridam comedisse, quod

*Nam ut  
Mercurius  
nuncius lo-  
cutus, sic Iris  
nuncius In-  
nonis.*

Cccc 3

quod

Oratoris  
Trojano-  
rum. Mat-  
theol. &  
Diose. l. 1. c.  
1.

quod eloquentiæ præcepta illos hausisse significat: propterea quod ejus herbæ flos colorum varie-  
tate atque ornatu, Iridi cœlesti, quæ & ipsa eloquentiæ Dea habebatur, similis sit, & quia talem ope-  
ret esse orationem, nempe colorum ac figurarum varietate distinctam, multasq; hæc herba eloquen-  
tiæ similes vires habet: nam ut de illa tradunt Medici, iris halitus pravum odorem corrigis, gram-  
que & suavem reddit spiritum, & venenum repellit: sic etiam ornata oratio quasi suavis quidam ha-  
litus gratiam conciliat, & animi venena, hoc est, perturbationes depellit. Hanc herbam quidam vo-  
luat olim Hyacinthum appellatum: quod indicare videtur Ovid. Metamorph. lib. 10. his verbis:

*Flos oritur, formamque capit quam Lilia, seu non  
Purpureus color his, argenteus esset in illis,  
Non satis hoc Phæbo est: is enim fuit author honoris.  
Ipse suos gemitus foliis inscribit, & hya-  
Flos habet inscriptum, funestaque litera ducta est.*

Sed hanc questionem Medicis permittimus: nos de illa, quæ hodie Hyacinthus vocatur, mox di-  
cemus separatim, hanc vulgo Liliū cœruleum vel purpureum appellari scimus.

## H Y A C I N T H U S.

S A P I E N T I A. C A P. XXXI.

Quin &  
pueros diu-  
tissimos ser-  
vat in pu-  
bertate.  
Diose. l. 4.  
c. 57. & ibi  
Matthiol.

**H**YACINTHUS, quem ab Apolline in florem conversum Poëtæ fabulantur, prudentiæ & sapien-  
tiæ symbolum est. Nam cum Apollo Musarum, ingenii, ac literarum Deus sit, Hyacinthum  
puerum ab illo ob formam adamatam, Poëtæ finxerunt: quia sensus naturalis minime corruptus  
puer est, hoc est, prudentia caret, sed tamen formosus est, quia mentem ad sui contemplationem, ex-  
citât: qua contemplatione fit, ut tandem sensus, juvenili ætate atque fervore illo deposito, prudenti-  
æ & sapientiæ florem ex se signat, suavissimis virtutum odoribus fragrantem: quorum post me-  
moria literarum monumentis ad posteros manat.

## N A R C I S S U S F L O S.

C O R P O R I S F O R M A. C A P. XXXII.

Narcissi fi-  
lio poetica.  
Ovid. Met.  
l. 3.

**N**ARCISsus flos corporis formam, quæ cito corrumpitur, & inventæ florem, qui cito transiit, si-  
gnificat, ut rosa, & viola, & omnes flores, qui cito corrumpuntur: ideo enim Poëtæ fuisse, &  
Narcissum formosissimum puerum, dum suam formam, quam in fonte cernebat, cupide nimis ad-  
miratur, in fontem prolapsus perisse, & in florem hujusmodi conversum: ut indicarent, non hanc  
fluxam corporis formam, sed animi præstantiam, & divinam illam æternamque pulchritudinem esse  
admandam.

Matthiol.  
ex Mesue in  
Diose. l. 3. c.  
26.

Hyssopus a-  
qua, una  
cum ligno  
cedrino, &  
flos cocci-  
nia.  
Exod. 12.

**H**YSSOPUS herba pulmones purgans & caput, qua Hebræi utebantur cum sanguine anima-  
lium, ad populum aspersione lustrandum, gradum divinum significat, & vinculum illud, quo  
cum Deo conjungimur: & conjuncti à peccatis expiamur. Hinc David, *Asperges me Domine hy-  
ssopo, & mundabor.* MYR-

## M Y R T U S.

GRATIA. CAP. XXXIV.

**M**Yrtus Veneri dicata, & ob id *Conjugula* dicta, multis morbis sanandis utilissima, gratia & bona valetudinis symbolum est.

Ob pulchri  
tudinem.  
Virg. Ecl. 7

## S A L I X.

HEREDITAS. CAP. XXXV.

**S**alix pulcherrimo hieroglyphico præter ea quæ à Pierio scripta sunt, hereditatem significat vel divinam, vel humanam: quoniam ut salix jucunda arbor est, quæ ad torrentes nascitur, sic ex hereditatis abundantia, quæ etiam per torrentem adumbratur, jucunditas lætitiæque oritur, quod & vox ipsa Hebraica, qua in Sacris literis Salix nominatur, indicat, nam *vebir be nachal* appellatur, quod & jucunditates hereditatis, & salicem torrentis significat.

CORPORA NOSTRA. CAP. XXXVI.

**C**orpora quoque nostra salicis hieroglyphico significantur, quoniam ut salix nisi torrentis aquis irrigetur, non crescit: sic & corpora nostra, imo & nosmetipsi, nisi cœlestibus aquis irrigemur, & secundum decursum illarum plantati simus, fructum nullum ad vitam ferre possumus. Unde David de beato viro, *Hic arbori similis est ad aquarivum sara.*

Psalm. 1.

## C E D R U S, S I V E C I T R U S.

MISERICORDIA VEL PIETAS.  
CAP. XXXVII.

**C**edrus sive Citrus arbor, fructus gignens odore ac sapore præstantissimos, misericordiam pietatisque symbolum est, propter magnas utilissimasque mortali generi vires. Primum enim præbet refinam electissimam, quæ citria dicitur, dentium doloribus utilissimam, succus ejus elephantiasin curat, & pulmonis ulcera, valet contra venena, ardetque, velut facula. Unde Hebræi fructu ejus solemnem quemdam diem celebrabant, quasi Divinæ misericordiam opem implorantes. Quos æmulati Lacedæmonii, deos suos coronare solebant iis fructibus, quos oximala Persica nuncupant, idem per illos significantes quod Hebræi per Citrum. Lignum quoque ejus corruptioni minime obnoxium facit, ut cedrus pro immortalitate æternitateve accipiatur.

Discor. lib  
1. c. 98. &  
ibidem  
Mattheo-  
lus.  
Cetri vir-  
tut.  
As citro  
omnino  
differt à  
cedro de  
quo Mat-  
theol. in  
Disc. cap.  
133. lib. 1.

## P A L M A.

HOMO. CAP. XXXVIII.

**P**alma in mysticis literis celebratissima, duplici de causa hominis simulacrum esse putatur: primò, quia fructum non fert sine coitu, sed replentur ejus rami gemmis masculis, quasi semine quoddam: deinde quia in superiore parte habet, quasi cerebrum, quod Hebræi *Halulab*, Arabes verò *Che-dar*, vel *Gemar* vocant, quo corrupto moritur arbor, sicut cerebro læso homo interit, quod quidem huic soli inter plantas contingit: tertio, quod comam in cacumine habeat, & ramos in manuum modum protensos, & fructus digitorum figuram præ se ferentes unde daetyli, id est, digiti sunt appellati: palpa quoque ipsorum fructuum caro appellatur, multum sanitati conferens, & vel ex vi quadam animalis

Palma cur  
hominis  
hierogly-  
phicum,

animali

animali, vel ex Phœbæa natura summæ nutritionis, adeo ut multi sancti Patres in solitudine vitam agentes, eo solum cibo contenti fuerint, quemadmodum & hodie quoque multi in Africa populi eo tantum fructu victitant.

## J U D Æ A. CAP. XXXIX.

*A Petrio  
lib. 59. in  
verbo. Iu-  
dæa,*

**P**ER Palmam præterea Judæa notabatur, propterea quod ea potissimum regio Palmis abundat; & quod Judæi in sacris suis ejus foliis uterentur, haberentq; diem solemnem de Palmarum nomine appellatum: unde in multis Romanorum numismatibus videmus Palmam, & mulierem iustam sub ea sedentem, cum hujusmodi inscriptione, JUDÆA CAPTA.

*Eruditissimi viri Anonymi Hieroglyphicorum Finis.*

